Quotiēs   Ca.viii.

NAm grauius eſt facere qðcūqꝫ pctm̄ cū coꝛde
aut cum aliquo ſēſu coꝛpis bis pꝛo ſemel Et iō
ſi potes recoꝛdari ſpecifice vices cogitationum malo
rum aut motus libidinoſus in carne ⁊ voluntatem fa
ciendi aliquod peccatū aut quotiens iteraſti reſpice
re in faciem alicuius pꝛopter delectationem viſꝰ aut
quotiens turbaſti aliquē aut murmuraſti ⁊ ſic de alis
Sed ſi non es memoꝛ de numero dic bona fide ſcðm
ꝙ iudicas te totiens iteraſſe pctā. Et attēde ꝙ cogi-
tationes leues ⁊ leuia verba nō ſunt nūero explican
da niſi eſſent occaſiones alicuius g̃uis pc̃ti vel vicij
aut eſſent ſc i aliquo genere de ſeptē viciorū capitali
um Si tm̄ pꝛopter aliquam cogitationē leuem habe-
res nimis longam diſtractionem mentis in oratione
vel i pſalmo dia. credo ꝙ bonum eſſet explicare ſi eēs
mēoꝛ pꝛopter magnū diſpendium quod facit Si etiā
pꝛopt̃ aliquod verbum ſolatioſū vel leue aliquē tur
bares aut oꝛiretur aliqua mala ſuſpicio aut aliq̃ð ma
lū tūc dꝫ ſpecificari propter malum ipſiꝰ effectus ſic
ꝙ talia ocioſa ⁊ leuia non ſunt perficienda quādo ꝓ
pterea incurritur aliquod graue vicium vel delictum
aut datur alicui materia peccandi Sufficit ergo di-
cere ſimul omnes diſtractiōes mētis h̃itas in oratio
ne ⁊ in officio pꝛopter cogitationes leues ſic dicendo
dico meam culpam nimia diſtractione ⁊ mentis va-
gatione quam habui in oꝛatione audiondam miſſam
et dicendo hoꝛas pꝛopter cogitationes inutiles et o
cioſas in quibꝰ coꝛ meū nimis occupaui ſic ꝙ tibi nō

fui intentus vt debui ⁊ potui. Cogitationes autem vitioſe procurate ⁊ cũ delectatione recepte oẽs ſunt explicãde quãtũ hõ pt ꝙtum ad qualitatem moram ⁊ vices vt ſupra dictũ ẽ Cogitatiões ꝟbo ꝙtũcũꝗ male ⁊ vitioſe ſi nõ ſũt ſtudioſe ꝓcurate nec cũ dele= ctatione recepte nec cũ mora ſeruate i corde nec de= diſti occaſionem veniẽdi ꝓpt cibi ⁊ pot⁹ itẽperentiã aut ꝓpter occaſionẽ aliã ſed ſubito venerũt ⁊ diſplicẽ tiã habuiſti aut ſaltẽ placentiam nõ habuiſti in illis ⁊ ſtatim qñ ſẽſiſti vt potuiſti repuliſti aut expellere pro curaſti occupando te in lectione aut in mediatione ſãcta tales dico non ſunt confitende. qꝛ non ſolum in iſtis homo non offendit ſʒ multum meretur tanꝙ pu gil pugnator ⁊ victor Unde hieronimus Jlle predi catur beatus qui ſtatim vt cepit cogitare cogitatio= nem interfecit ⁊ allidit ad peccata xp̄m ¶ Sed ho= die quidam tales cogitationes confitentur potius ad laudẽ ⁊ vanam gloriam vt cõfeſſor: reputet ipſos ſpirituales cum tamen talia eſſent occultanda etiam in confeſſione tacenda quia ſolum confitẽs dʒ ſe extẽ dere ſimpliciter peccatorem. Unde tales ſũt theſau ri dei latrones quaſi vane glorie appetitores. Et iõ pena latronum ſunt punẽdi. Nam de talibus cogita tionibus quibus ſic reſiſtitur dicit appoſtolus ꝙ facit deus cum tentatione prouentum quod dicit quia hõ talibus reſiſtendo meretur. Et ideo intelligo ꝙ di= gni ſunt ſuſpendio qui ſub ſpecie caritatis aut peten= di conſilij aut alterius cauſe colorate que ſoli deo ſũt aperta manifeſtant et aperiunt malitioſe ⁊ ſubdole=